

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Accentibus, Et Orthographia, Linguae Hebraicae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1518

Liber tertius

[urn:nbn:de:bsz:31-271737](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-271737)

X **P**rimus fertur omnium Moyses, scriptor antiquissi-
 mus, ut nosti ADRIANE Literatissime, conceptū
 mentis iubilum docuisse in certos articulos & mem-
 bra redigere, cum quodam haud inertifono, ut postq̄ morta-
 lium aliquis puritate cordis sui, munificentias dei tacite perlu-
 strans & animo percurrēs, ineffabili gaudio fuerit læticiaq̄
 correptus, maiestatem omnipotentie ac diuinam bonitatem,
 conglobatis sensibus uelut ē quodam fonte copiosissimo in
 exultationem prorūpens, modulatione uocis & lingue artifi-
 ci motu, distincte simul & ubertim laudare queat. Id quod
 post transitum maris ostendit filiis Israel dicens. **Cantabo do-**
mino. Sic enim textus habet. Nam quod nos legimus. **Can-**
temus domino, potius ex Onkelo Chaldæo q̄ de hebraica
 ueritate traductum est. **Vnde** posteris inualuit consuetudo
 quæ & usq̄ huc etiam moribus gentium comprobata est, ut
 Deum diuināq̄ quantumuis inenarrabilia uolentes oratiōe
 sancta ornare, hymnis & carminibus rem sacram faciant. **Cu-**
ius rei Homerus ille peruetustus quidem autor, scripsit Iouē
 cantibus Achiuorum esse oblectatum. Quod post Hebræos
 legimus Arcadas uel ante lunam ut fabulatur genitos, uel ali-
 as inter hominum primos humanitate præditos usu crebro
 fuisse imitatos. Athenæus enim de cœnis sapientum libro
 decimo quarto. Arcades, inquit, pueros suos à teneris annis
 docuerūt iuxta patriæ legem hymnos & pæanas canere, qui-
 bus & dii eorum & heroes laudarētur. Orphei quoq̄ & Li-
ni atq̄ Musei tempore cūcta diuina præconia canticis effe-
 rebātur & rhythmis. Quos posteritas omnis sequuta est, nō
 tm̄ ut nos ipsos modorū aptitudo & proportio exhilararet,
 sed etiā q̄ nihil esset deo accepti⁹ Musica, qui omne opificiū
 suum ut Pythagoras Architas & Plato, ceteriq̄ philosophie

Homerus

Athenæus

principes afferuerunt secundum harmoniam fabrefecit, Plu-
 tarcho teste in lib. de Musica. Qua in re ad hanc usque aetatem
 sequuta est gens Hebraea Moysen suum, qui sacro sanctam scriptu-
 ram omnem, miro modo in synagogis quotidie suis quadam,
 uoculatione cantillare dicunt multis mihi referentibus, non quod
 ego ipse in sacris illorum adeo diligens uel spectator uel au-
 ditor fuerim, cui plane nulla Iudaeorum relicta est conuersatio
 quippe cum fuerint prope toto uitae meae tempore a mea patria ex-
 acti & extorres Iudaei, nec in ullo ducis Sueuorum territorio
 habitare audeant, ubi certe mihi annos iam triginta quinque
 domicilium contrahit. Eapropter non usu & cohabitatione
 sed frequenti lectione, de Iudaicis quicquid doceo, discere co-
 gor. Scripsit autem nobis quae paulo ante recensui uenerabilis
 doctor Nicolaus de Lyra, ordinarius expositor bibliae in pri-
 mi Paralipomenon cap. ii. ubi sic interpretatur canentes atque
 resonantes, id est legentes in libris legis diuinae, quae lectio fit per
 modum cantus ratione accentus, haec ille. Cui & Paulus Burgensis
 episcopus addidit ita. Scripturae sacrae textus legitur coniter ab he-
 braeis in suis scholis per modum cantus, non ratione accentus.
 Quia accentus posset proprie seruari sine cantu. Sed hoc fit
 ratione sententiae, ut est notum peritis in illa lectione. Unde &
 alio cantu utuntur in psalterio, alio in prophetis, alio in libro Iob
 alio uero in libro puerbiorum & huiusmodi, licet quae ad accen-
 tum uniformiter se habeant in omnibus libris, haec Burgensis.
 Quae ambo doctissimorum uirorum diuersa problemata con-
 cordiae reddi poterunt si accentus ipsius multiplex diuisio qua
 supra functi sumus accurate consideret. Negari enim omnino ne-
 quit cuncta rimando, quin pro ratione grammatici accentus
 etiam accentus ille musicus sit exortus. Inde hoc extat quod tro-
 pi modulorum in locum & uicem accentus grammatici successerunt,
 & uirgulae quas in libro primo syllabis ac literis affiximus, hoc
 tertio libro in figuras tropicas & notas cationum transfiguratur.

Plutarchus

Nicolaus de Lyra

Paulus Burgensis

LIBER TERTIVS

Sed id etiam haud minus uerum est q̄ ipsam sententiæ ueritatem tropi musici discernant, ita q̄ Musicae prosodiae surroganter dare locum soleat accentus natiuus, & item nihilominus sonorum uariatio sententię ueritatem explanet, proinde aliud est etiam eius officium ingens quidem & haud scio an maximum, q̄ eo cantu tepor & somnolentia nostrarum mentium ualeat excitari, quo spiritus ille noster interpellās gemitibus inenarrabilibus, uel nobis ignorātibz feruentissima desideria effundat ad deum. Quapropter circa musicum hūc accentum synagogę lectoribus sua est opera & propriū atq̄ diligens studium, qui merentur inde singuli quicq̄ pro singulari sua canendi dexteritate constitutum præmium. Ad accētum igitur illum exacte tradendum nos ipsi non adeo multa sollicitudine torquemur, quando passim cātoribus magistris ea ars haberi potest si quis Iudæorum synagogis interesse gaudeat, nisi q̄ ea penitus ignorare studiosos pro nostra diligentia non patimur quæ uulgo circumferuntur, & à Iudęis græce Tropi, hebraice **תְּרִיבִי** hoc est soni appellant. Omnis igitur dictionis prolatio requirit saltem unum sibi accentum quo uox resonet eminentior, siue fuerit Rex ille, siue minister. Excipienda est dictio constructiua per Makeph, sequenti dictioni contigua, quæ cum ita iungatur alteri ut totū quasi compositum una uideatur esse dictio, inde proprio nō eget accentu. De illis autem accentibus quidam dicuntur Reges, qui sermonem pro suo dominio distinguunt, & ad rectā intelligentiam quoslibet scripturæ uersus ordinant per sonū æquabilem atq̄ constantem. Alii uero qui Regem p̄cedunt Ministri uocantur. Sed Reges quamuis sint supra grammaticorum leges, & orthographiæ regulas sæpe destruant, tamē dominantur solum in Bibliæ uno & uiginti libris. Non autē in tribus illis qui sub memoriali **מִנִּי** continentur. id est Iob, Prouerbiis & Psalterio. Reges itaq̄ sunt qui ex omī ser

Reges

ministri

monis aut orationis commate, unius & quidem principalis dictionis syllabam acuunt & eleuant, ad concitandum mētis iubilum, quo diuinus contemplator ad excelsa intendit animum, cæteris omnibus syllabis grauatis etiam quæ iuxta grammaticam artem accentus acuti aut circumflexi essent capaces. **V**nde in nullo dictionis loco residet accētus musicus, nisi posset idem esse accentus grammaticus, præter paucos sacre scripturæ uersus. **V**t si, uerbi causa latinis utamur, illud nobis eneidus primo succurrat. **M**anet alta mente repostum iudiciū Paridis. **N**on dubium quin accentus grammaticus in qualibet huius membri dictione habitet. **S**ed accentus musicus in solis dictionibus alta & paridis dominabitur, et quidem in earum primis syllabis, ita ut uersum sonemus. **M**anet alta mente, repostum iudiciū Paridis. **H**abebit itaq; accentus in alta, præcedentem accentum grauem in uerbo manet, qui dicitur eius minister, eo q; more aulico ministeriales præcedant pompam regum, & sequuntur regem consules ac patricii. **Q**uapropter exempli gratia dicamus q; dicitio. **A**lta. duos habet quodam modo ministros, unum qui uere dicitur minister, & præcedit eam in uerbo. **M**anet. **A**lterum qui patricii loco est & non ministri uidelicet in uerbo. mente. regemq; sequitur. **D**e latinis analogice hebraica quoq; capessite. **O**ēs enim sententiæ haud absimiliter colis & comatibus distinguuntur. **P**ræponamus igitur oculis illud Genesis primo capitulo. **וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־הַרְקִיעַ** quod nos legimus **F**ecit deus, firmamentum. In quo nobis duo dicuntur, scilicet firmamenti opus, & qui fecerat illud. **P**rimi commatis rex est Zarcā, & habet unum ministrum præcedentem qui nominatur **M**unah. **S**ecūdi commatis est Segulla, & nullum habet ministrum, quia dicitio præcedens est dicitio coniunctiua seu constructiua quæ dicitur **M**akeph. **N**am illud quod ad articulum. ha. notatur non est accentus, sed retinaculum.

LIBER TERTIVS

Ex omni autem numero reges sunt decem & septem, quanquam alii numerant tantum duodecim, quod ideo fit, quia sunt quidam reges quibus nulli sunt ministri, & alii quibus tantum unus & alii qui consimilia habent nomina & prolationes pares ut Teres & Tarsiim. Sic Pafet & Pasta, unde accidit ut duo pro uno reputentur. Ministri autem generaliter sunt septem, speciatim aliter autem plures. Nomina regum & figuræ sic sunt.

Trium Graduum	שלשלת
Proprietas	סגולה
Ternarius Magnus	ה'ל'ש'א גדולה
Disperfor paruus	פור קטן
Disperfor Magnus	פור גדול
Expulfor	טרס טרסיים גר'ש
Tornator	יהיב
Planator	פשוטא
Erektor paruus	זקה קטן
Erektor Magnus	זקה גדול
Paufator	אתונחתא
Sparfor	זרקא
Perfectum	ל גרמ'
Quadrum	רביע
Frangens	תביר
Palma	טפחא
Summa	סילק

Nomina uero Ministrorum sunt hæc sequentia.

Ambulans

אולא

Hastile

מירבא

Subulinum Cornu

מאילא

Gradus Circulus

דרגא גלגל

Triplex paruum

תלישא קטנה

Et postea sequitur שופר id est Cornu, quod in quatuor singularia diuiditur. Primum nancq̄ dicitur

Cornu Repositum

שופר מונח

SECUNDVM

Cornu Reuersiuum

שופר מהפך

TERTIVM

Cornu Exaltatum

שופר עילוי

QUARTVM

Cornu Sustinens

שופר מברבל

Distinctor

גנורניס

At פסק quod figurā habet. לגרמי neq̄ de regibus est neq̄ de ministris. Et hæc est inter eos differentia, q̄ post לגרמי nunquam uenit Achnahitha id est pausator, neq̄ reperitur apud illum aliquis ex regib⁹ nisi quatuor isti, Pazer, Rebia, Teres & Pasta, & rursus legarmia sustentat sonum uerbi, sed Pafek non sic.

Nunc ad expeditionem Regum ordine transeamus.

שלשלת Figuram habet sicut lima ferri, & non utitur ministro, & semper uenit in uersu, inter dictionem quæ præ

LIBER TERTIVS

cedit, & dictionem quæ sequitur.

Ⲛ סגלה Tria habet puncta, sic Ⲛ & ponunt illam figurā supra finem dictionis. Et quandoq; ponunt duas סגלות in una dictione, alteram super literam ubi debet esse accentus, ut sciatur q; ibidem sit accentus grammaticus, alterā ad finē dictionis iuxta sedē suā, ut מעשה חרש אבן Exo. xxviii. Et שופר מוצח ministrat ei, & præterea nihil aliunde. Et semper uenit post zarka uel unum uel duo, Exemplum de uno למען ידעו דרתיכם Leuit. xxiii. Exēplū de duobus zarka Isaiæ quadragesimo quinto. Hęc dicit dñs Christo suo Cyro cuius apprehendi dexterā. Vbi contra regulam Segula ponitur in principio uocabuli Cores hoc est Cyrus, & præcedit unū zarka in fine Adonai, & in fine Christo suo alterum zarka.

Ⲛ תלישא Magna figuram habet sicut uirgula in capite habens circulum sic ⲑ Et ita etiam Thliffa minor sic ⲑ Et solet quandoq; accidere, cum non habeat prima litera notā accentus q; etiam in una dictione inueniantur duæ Thliffę, quæ quidem sententia ualet etiam in parua. Et oēs ministri magnæ Thliffę שופרות מוצחים id est cornua reposita, uel à magno etiam ad paruum. Sicut וראה חבתו את הנגע בעור הבשר Leuitici tredecimo. Qui cum uiderit lepram in cute, Vbi præcedunt tria cornua, secundum tres antecedētes dictiones, nā quarta dictio non designatur nota accentus, eo q; est Makeph hoc est constructibilis cum sequente in statu regiminis. Et sic ultima dictio cum non habeat accentum in prima, solet a pluribus per duas Thalfas notari, sic הבשר quorum tamen

ultimum quidam uocant Tharsa. Inueniuntur & sex cornua
reposita quæ uni Tharsæ præcurrere deseruiunt, ut hic
וְעַל הַנְּחֹל יַעֲלֶה עַל שְׂפָתוֹ מִוְּחַ
וְעַל הַנְּחֹל יַעֲלֶה עַל שְׂפָתוֹ מִוְּחַ Ezechielis quadragesimo
septimo. Et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque
parte omne lignum pomiferum.

Ⓢ **פֹּר קֶטֶן** Figuratur sic * & omnes qui ante eum sibi
ministrant sunt Sopharoth Munahim id est cornua reposita
Exempli gratia ut **אִישׁ אִישׁ בִּי יִהְיֶה טָמֵא לְגַפְשׁוֹ**
Numeri ix. Homo qui fuerit immundus super
anima.

Ⓢ **קֶרְנֵי פִּרְהָ** Figuratur sic * & secundum alios dicitur
Pazer gadol, & id quod supra notauimus Pazer gadol, alii
appellant Pazer caton. Ponamus ergo quod Pazer gadol &
Canepara sit unus tropus. Sic duos habet diaconos siue mi-
nistros qui præcedunt eum. Quorum unus est Munah, alter
Galgal, qui alias nominatur lareah ben iomo, id est luna uni-
us diei. Et semper semicirculus ille iam nominatus luna unius
diei ministrat illi cornui uacæ proxime appositus. Et omnes
postea ministri eius ante eum sunt Sopharoth munahim, id
est cornua reposita, quod non inuenitur nisi in sedecim locis
per unum & uiginti libros Bibliæ ut **גַּם הַנְּחֹל הָעֵץ**
אֲשֶׁר עָשָׂה הַכּוֹז Ester septimo. En lignum quod
parauerat Aman.

Ⓢ **טֶרֶם הוּא זְקָרָא גְרִישׁ** Et est uirgula quæ erigitur
a sinistra ad dexteram, & pluraliter nominatur Gerissim que
nota alias dicitur **טֶרְסִיִּים** quando duæ uirgulæ sur-

LIBER TERTIVS

gunt uersus dexteram. Et dicuntur **שְׁנֵי גְרִישֵׁי**
Habet autem tres ministros qui sunt **Munah**, **Thliffa** minor
& **Azla**. **Gæris** autem & **Azla** consimilem habent figuram
sed in hoc differunt. Nam si minister illius regis **Geris** siue
Gerissim, addatur primæ literæ dictionis paroxytonæ ante/
cedentis, tunc minister ille dicitur **Munah**, & uirgula sequens
oblique erecta dicitur **Geris**, uel si duæ erunt dicuntur **Ge**
rissim, ut **עֵץ פֶּרִי** Genesis primo. **Lignum** pomife/
rum faciens fructum. **Si** autem minister eius non steterit in
prima litera præcedentis dictionis, tunc nota quæ sequitur
dicitur **Azla**, ut **וַיִּקַּח תָּרְחָ** Genesis undecimo ca/
pitulo. **Tulit** itaq; **Tarha**. Idem est iudicium si rex & minister
fuerint in una dictione, uidelicet si minister non steterit in
prima litera, tunc illud quod eundem ministrum sequi/
tur erit **Azla** sicut **וַיִּתְּנוּ** Similiter & **וַיִּתְּנוּ** Sic
& **Gerissim** quod alii dicunt **Gerfaim** si steterit in syllaba
posteriori dictionis ut **וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל אָחִיו**
tunc non præcedit minister ut in plurimum. **Licet** reperia/
tur quandoq; idq; raro, ante eum minister etiam cum stete/
rit in syllaba posteriore dictionis sicut supra uisum est **עֵץ**
פֶּרִי **Cæterum** commemorandus est nunc iste **Canon**.

Qz nunquam reperitur **Azla** ante **Gerissim**, & nunquam
reperitur syllaba post duo **Gerissim** in eodem uerbo.

CANON ALTER

Si fuerint duo ministri ante **Gæris**, tunc primus erit **Thliffa**
minor & secūsus **cadma**, ut **אֲשֶׁר שָׂרַע הַמַּיִם**
Genesis primo. **Atq;** motabilem quam produxerant aquæ.

CANON TERTIVS

Si ipsum Gæris præcedant plures ministri quam duo, tunc propior res erunt Thliffa minor & Cadma, reliqui autem longinquiores erunt omnes Munah, ut hic **הַלְבַל־חַיִת**

Genesis primo **חַיִת הָאָרֶץ הַלְבַל־עוֹת הַשָּׁמַיִם**

Et cunctis animantibus terræ omniq; uolucris cæli.

Figuram habet sicut Mahapach, hoc modo **יְהִיב** &

nunquam habet ministrum. Differentia autem est inter lethib & Mahapach, hæc uidelicet, q; lethib semper residet in dictione cuius litera prima seruare debet accentum, & ordinatur ante punctum extra ipsum, id quod non sic erit in Sophar Mahapach, ut hic **אֱלֹהֵי הַלְלוּהוּ גַת**

Genesis sexto. Hæc sunt generatiões Nohe. Et **אֱלֹהֵי בְנֵי**

יַעֲקֹב Genesis tricesimo quinto. Hi sunt filii Iacob.

Et hæc est una exceptio a regula **יְהוּא** Sin autem litera

prima non debeat seruare accentum in dictione, tunc est Sophar Mahapach, ut **וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה**

Leuitici uicesimo quinto capitulo, Et locutus est dominus ad Moysen.

Et si contigerit in dictione q; prima litera patiat accentum & ante illam dictionem sit alia dicitio enclitica seu illi constructibilis quæ dicitur Makeph, non punctabitur in ea lethib, quia cum sit constructibilis quasi esset una & eadē dicitio, tunc reputat tanq; resideat in medio dictionis, & cōuertit iethib in sophar mahapach, i. cornu cōuersiuum. Hoc q; nō abiecte memorię fore debet q; lex ipsius mahapach est inter puncta residere uersus sinistrū latus, & de more iethib extat q; crebro ipsum sequat zakeph, nunq; uero pasta nisi forte per totam sacram scripturam solum in duodecim locis.

LIBER TERTIVS

פֶּשֶׁטָא Quod alii Pafet nominant, habet figuram sicut uirgula Cadma. Alii dicunt sicut Azla, sed nō bene, quod ego sentio. Nam Azla meo arbitrato tendit ad dexteram, Pafet autem ad sinistram. Et in hoc differunt Cadma & Pafet q̄ Cadma semper in dictionis initio ponitur ad literam cui debet incumbere accentus, Secus de Pafet. Q̄ si posterior syllaba non recipit accentum, tunc signantur in dictione dug uirgulæ quæ dicuntur Thre pafin, siue Sne pafin, ut hic **שְׂמֵי הַשָּׁמַיִם** Sunt autem ministri hunc regem præcedētes munah, ihliifa minor, cadma, mercha uel sophar mahapach. Quorum loca sic demonstrabo. Nam si fuerit proxime ante pasta minister residens in ultima eius dictionis syllaba, & in dictionis sequentis prima syllaba sit pasta Rex, nec inter illa mediat productio seu correptio, tunc minister dicet esse mercha, ut **הֵיחָה תְּהֵי** Genesis primo. Erat inanis & uacua. Sin autem inter ministrum & regem pasta mediat productio siue correptio, tunc minister erit Sophar mahapach, ut **וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לְבָנָא** Genesis decimo quinto. Cuncq̄ sol occumberet. Sic **תֵּרֶשֶׁת הָאָרֶץ** Genesis primo. Germinet terra herbam uirentem. Sed si ministrant ei duo, & primus minister stet in prima litera, tunc ipse erit munah, & secundus minister erit Mercha uel Sophar mahapach, ut **בֵּי לֵא יִלְהֶה** Genesis tricesimo. Cernens autem Rahel q̄ infocunda esset. Et si minister in priori dictione non fuerit in prima litera, sed in litera posteriore tunc minister prioris dictionis dicet Cadma, & alter reponetur pro suo gradu iuxta ordinem suum, ut hic **שֶׁבַת שְׁבַתוֹ הִיא** Sin uero habuerit tres ministri

stros, primus erit Thliffa minor, secūdus semper Cadma, & tertius pro gradu suo iuxta ordinem uel Mercha uel Mahapach, ut **הַגִּי מִבֵּיא אֵת הַמַּבּוּל**

Genesis quinto. **Ecce ego adduco aquas diluuii super terrā. At si plures q̄ tres habuerit ministros, tunc omnes qui Thliffa præcedunt, erunt Munah, cæteri uero secūdum ordinem pro suo gradu. Reperitur etiam Sophar mahapach ministrare huic regi pasta in una dictione, quæ per makeph continuatæ lectionis uidetur esse quasi una dictio ut **עַר שְׁחַמְלֵךְ****

Canticorum primo. **Dum esset rex in accubitu suo. Similiter munah & Sophar in una dictione ante pasta ut hic uidetis **שִׁתּוּ יִזְבֹּר**** Necnō & Cadma & mercha in dictione ante pasta, ut **חֲמַאכִילֵךְ מִזֶּ**

Deuterio octauo. **Cibauit te māna in solitudine. In sex autem locis inueniuntur cadma & sophar mahapach in una dictione ante pasta quos inuenies legēdo bibliam. Porro uos cupio facere certiores, q̄ multa in hoc tropo contraria scribunt Iudæi.**

זַקֵּה קִטּוֹ Sunt duo supra dictionem puncta, alterum sub altero directe posita, sic : ad qd̄ alludit illud in psalmo quadragesimo sexto. **Dominus dirigit uel rectificat curua. Vbi nos legimus. Dñs erigit elifos, & habet duos ministros. Sophar mecharbel & Sophar ilui. Si minister fuerit in dictionis præcedentis prima litera ubi debeat esse sonus, tunc dicitur esse mecharbel, cuius figura est contraria illi mahapach hoc modo • ut **רָגַע אֲרָבֵר**** Ieremię decimo octauo. **Et subito loquar de gente & regno. Attamen alii dicunt q̄ non sit mecharbel, nisi munah munah & zakephcaton in tribus dictionibus. Alii q̄ primum sit mecharbel secundum sit ilui ante zakeph caton ut **אֲשֶׁר יֵצֵא מִמַּעֲיִן****

LIBER TERTIVS

Genesis decimo quinto. Qui egredietur de utero tuo. Tunc enim regula procedit illa, q̄ munah post primam literam dicitur ilui, quando ante zarka uel athnah ponitur. Sed si ante alios reges, tunc dicitur Sophar munah. Et si ueniant duo illi, tunc primus uocatur mecharbel, siue ponat̄ in prima seu in secunda litera, nomen uero secundi ministri tunc uocabit̄ Sophar ilui. Sin autem prorsus non fuerit minister in prima litera, tunc dicitur Sophar ilui id est cornu exaltatum, ut hic

טפנס גשיכס Et si fuerit in prima litera dictionis alicuius, quam tamen præcedit alia per Makeph ei constructa, ut uideatur in unius dictionis compositę medio consistere, nihilominus dicit̄ Sophar ilui, ut **בארץ מצרים**

Ieremię quadragesimo quarto. Omnis Iuda qui habitatis in terra ægypti. Q̄ si ea litera debeat habere retinaculum uertitur in Munah, ut **מן התרמה** Genesis secūdo. For-

mauit igitur dominus deus hominem de limo terrę:

Canon. Nunquam uenit zakeph canon sine ministro aut sine uirgula in dictione sua, nisi præcesserit eum sonum pasta, tūc enim ei non erit opus ministro.

Ⓢ **וקת גרול** Nullum unquam habet ministrum.

Ⓢ **אתנהתא** Figuratur sic a Canon. Nūquam ueniūt duo Athnahtha in uno uersu. Et nō ei ministrat ullus, alius nisi Munah, p̄ter undecim locos ubi ministrat ei **אילת** ut docet Massoreth **ויצא נח** Genesis octauo. Egredus est ergo Noha. Et quandoq̄ ante Athnah, præcedunt duo cornua exaltata quę dicimus duo Ilui, ut **כי לא** **החפיר** Iſaię quinquagesimo quarto. Non enim te pudebit. Quandoq̄ autem nulli præcedunt ministri, ut hic

ויסעי Numeri x. Quando proficiscebantur.

צ **זרקא** Figuratur sic ~ & quandoq; non habet ministrū sed inueniūt duo zarka sine mīstro, ut **ויאמר יעקב**

Genesis tricesimo secundo. Dixitq; Jacob. Si autem hunc regem præcedit tantum unus minister, ille nominatur cornu, siue sit illi id est exaltatum ut aliqui grammaticorum opinantur siue iuxta alios munah id est repositum ut **ריבא יוסה**

Genesis quadragesimosextimo. Ingressus ergo Ioseph nunciavit Pharaoni. Similiter **ויגלה ליוסה** Eiusdē xlvi

Naticq; sunt Ioseph. Excipiūt ix. loci sacre scripturæ p. Missoreth. Vbi miniliter solitarius pcedēs zarka, nō est cornu, sed Mercha qd alii Maarich uocant, ut hic uidet **כי תשא**

Exodi tric. simo. Quādo tuleris summam filiorum Israel. Si uero duo pcedant ministri, tunc quando primus stat in prima litera, dicitur Munah ut **ששת ימים העבד** Exodi uicesimo. Sex die-

bus operaberis. Et Exodi iiii. **מי שם פה** Quis fecit os hominis. Sed si non fuerit minister in primæ dictionis prima litera, tūc notabit cadma ut **הערתו בכנס היום**

Deutero. tricesimo. Testes inuoco contra uos hodie. Tribus autem ministris antecedentibus, primus erit Thlissa minor secundus Cadma, & tertius Munah, uel secundum alios Sophar ilui, ut **הנה נא מצא עבדך הו** Gene-

sis decimo nono. Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te. Quia si plures his antecesserint, quotquot pcedunt Thlissa omnes uocantur Munah, & cæteri secundum ordinem eorū. Et si distinctio ueniat, inter ministrum & regem zarka, tūc

LIBER TERTIVS

dicitur Mercha, ut **וְעַלֵּה הַגְּבוּל רְבִירָה** Iosue decimo quinto. Et tendens usq; ad terminos debera de ualle Achor. Et notabitur q; in xviii. locis sacrae scripturae pcedunt zarka isti ministri Cadma & Mercha, ut **וַיָּבֵא יַעֲקֹב מִזֶּה הַשָּׂדֶה** Genesis tricesimo. Redeuntiq; ad uespera Iacob de agro. Ad hunc modum reperiuntur in sacra scriptura xviii. uersus quos diligenter perlegendo quisq; inueniet, **C**eterum & in tribus locis sacrae scripturae reperiuntur ante zarka in una dictione Cadma & Mercha, ut **אִתְּמַר בְּנֵי** Leuitici decimo. Ithamar filius eius, & reliqua. Et sequit semper post zarka ille sonus qui dicit Segula siue segol, aut ppe aut lōge, ut **בְּהָאֵמַר יְהוָה לְמַשִּׁיחוֹ** Isaia xlv. Haec dicit dñs Christo suo Cyro.

לְגַרְמִיָּה Figuratur sic . & si praecedat unus tantū minister, ille erit Munah, ut **צֹהַר . תַּעֲשֶׂה לְתַבָּה** Genesis sexto. Fenestram in arca facies. Sin autem praecedāt duo ministri, tunc primus erit Mercha, & secundus munah ut **אֲשֶׁר יִיצֵק עַל רֹאשׁוֹ . שֶׁמֶן הַמִּשְׁחָה** Leuitici uicesimo primo. Pontifex id est sacerdos maximus inter fratres, sup cuius caput fufum est unctionis oleum. Et si ministri tres antecedant **לְגַרְמִיָּה** tunc primus erit Cadma, secundus Mercha, & tertius Munah, ut hic **וַאֲיָנֹנִי . חֶסֶר לְנַפְשׁוֹ** Ecclesiastis sexto. Et nihil deest animae suae. Regulariter autem semper Munah ministrat proxime ante legarmi.

רְבִיעַ Figuratur sic . Et est punctus unus directe supra

literam. Et quāq; est sine ministro, ut **וַתַּחַת בִּי אֶהָב**
 Quandoq; habet unum ministrum & dicitur Munah, ut hic
כָּרוּ וּרְבוּ Genesim primo. Crescite & multiplicamini.
 Et si ei fuerint duo, primus nominabitur Darga, & secundus
 munah, ut **שְׁתֵּי כַתְּמֵת הַבְּרִית** Exodi uicesimo
 octauo. Duas oras iunctas habebit. Sin autem tres, tunc pri-
 mus erit munah, secundus Darga, & tertius iterū munah, ut
לֹא מִבְּנֵי גַם בֶּן וְאֵחַ אִזְלוּ Vel sic **יִשְׂרָאֵל הִמָּה**
 secūdo Regum uicesimo primo. Por-
 ro Gabaonitæ non erant de filiis Israel.

חֵבִיר Formatur ita, Quādo igitur habet unum mini-
 strum, & inueniuntur inter regem Thebir & suum ministrū
 duæ syllabæ longæ siue magnæ, Aut altera correpta qui-
 dem atque altera longa post eam, tunc minister eius est
 Darga ut **וְאֶלְעָזָר הַכֹּהֵן** Numeri uicesimo. Lo-
 cuti sunt itaq; Moyses & Eleazar sacerdos. Sed si non inter-
 cedat nisi syllaba longa. Vel intercedat quidem longa simul
 & correpta per seua post eam, tunc minister eius est mercha
 ut **הַהָר הַטּוֹב בֵּי עֻבּוֹ** Excipiuntur quinde-
 cim loci in sacra scriptura quos legēdo inuenies exceptos ab
 hac regula, ut **וְכִי יִגְוֶה שׁוֹר אִישׁ** Exodi uicesi-
 mo primo. Si bos alienus bouem alterius uulnerauerit. Si autē
 inter Thebir & ministrum interueniat seua in principio di-
 ctionis & consequenter syllaba una, tunc seua imitatur suam
 conditionem in syllaba pro gradu suo, & erit tunc minister
 præcedens Darga, ut **לֹא תִכְלֶה** Econtrario si quod

LIBER TERTIVS

mediat id fuerit propria syllaba, & eam sequatur unum seua,
tunc minister præcedens erit Mercha, ut **רָבוּ אֲתֶכֶם**
Sed si duo ita sequantur seua post eam syllabam que interue
nit, tunc reputabuntur duæ syllabæ, & minister præcedens
erit Darga, ut **וְכִי תִזְבְּחוּ** Et si fuerit palsek hoc est
distinctio inter regem hunc & ministrum suum sic | & non
interueniat nisi una syllaba, tunc semp minister eius erit Dar
ga, ut **אֱלֹהִים | לְאֲמֹר הַמּוֹל | יְמוֹל** Simile
huic legim⁹ in uolumie Ester ca. x. **אֲחַשְׁרוּשׁ | בִּסְ**
Si autem interueniat producta & hatteph patha, uel hatteph
sægol & producta (Ecce quomodo reputantur quasi longa
esse) tunc minister eius erit Darga, ut hic **אֲשֶׁר קָנָה**
יְעֻקֵּב נָתַן אֱלֹהִים Porro si in dictione que habet
Thebir accidat retinaculum in zere ante hatteph, uel holem
ante hatteph hoc est seua, tunc minister eius erit Mercha, Si
cut hic **יֵצְאוּ שְׂמֵרוֹ יָדָךְ** Et si nõ fuerit uno de
tribus his modis, tunc non habet ministrum, ut hic
אֵת הָיָא רַפְאִים Deutero. secundo. Terra gigan
tum reputata est. Præterea quando ante Thebir præcedunt
duo ministri & primus fuerit in prioris dictiõis prima litera
tunc minister eius diceit munah, ut **עִיר שׁוֹפְכַת דָּם**
Si autem non fuerit in prima litera, tunc minister eius erit
Cadma, ut **וְאִישׁ אִישׁ בֵּית אֲבוֹתָיו** Si autē
regem hunc præcedant ministri, tunc primus est Thliffa mi
nor, secundus Cadma & tertius Darga, ut **אֲשֶׁר פָּקַד**
בְּיַשָּׁה וְאַחֲרָיו Numeri tertio. Et quos recenseri ad

Darga

Thebir

nomen Moyses & Aaron. Vel certe præcedūt Thliffa, Cad
ma, mercha, ut **בארבעה עשר יום לתרש**

Et sic est cum ante Thebir præcedunt quatuor ministri, tunc
primus erit Munah, secundus Thliffa, & sic secundum ordi
nē & cuiusq; gradū. Est aut gradus uniuscuiusq; secūdū ordi
nē intelligendus iuxta memoriale qd hic cernitis **תקמת**

uel etiam sic **תקרת** id est thliffa, Cadma, Mercha, The
bir, uel sic Thliffa, Cadma, Darga, Thebir. Hic est ordo mi
nistrorum iuxta gradus suos, de quo sæpe fit mentio. Quare
curandū est diligēter ne duo hæc memoracula debeat obliuio

תפתח Figuratur sub syllaba sic & est idem quod tarha

Et minister suus qui eum sonum præcedit ut in plurimum est
Mercha, seu ab aliis dictus Maarich, ut **את השמים**

Genesis primo. In principio creauit deus cælum. Excipiuntur
quatuordecim loci sacrae scripturae, in quibus antecedit mini
ster Darga cum Mercha, ita qd proximus ante Tifha præce
dit Mercha duplex, & ante illum præcedit Darga, & post The
bir, sequitur Soph paluk. Quod hoc mōstratur exemplo Ge
nesis uigesimo septimo **ויבא לו יין וישת** ubi

nos legimus. Obtulit ei etiam uinum, quo hausto. Et non erit
minister Mercha in eadem dictione nisi in octo locis, ut hic

מושבותיכם בבל ubi in ultima syllaba est Soph
paluk, & tunc domiatur rex Tarha seu Tifha in medio, & an
tecedit minister Mercha in principio, ut leuitici uicesimo ter
tio. Sabbathum domini est in omnibus habitatiōibus uestris
Hoc loco notandus est quidam insignis canon de istis duab;

dictiunculis **כי ולא** Vbicunq; enim tres dictiones cō
stare dignoscuntur, quarum prima fuerit **כי** & secunda

LIBER TERTIVS

fuerit **לא** tūc in tertia ponitur Tifha, si modo in illa sole-
at accentus aliquis designari. Ita certe **כי** notet per Mer-
cha & **לא** construatur cum sequente tanquam una dictio

כי לא באתם ער עתה Excipitur ab hac regu-
la locus Deutero. iii. capitulo **כי לא תעבר** quod

nos legimus. Nec enim transibis Iordanem istum. Et si prima
litera in qua est Tifha punctetur per seua seu hatteph, tunc
dictiuncula **לא** notatur per Mercha & dictiuncula **כי**

construitur contigue cum sequenti **לא** sine ulla prosodie
nota, ut **כי לא ררשניהו** Similiter sic **כי לא**

לרצות Et ita de aliis.

סליק Idem est quod Soph pasuk, summa rei, & finis di-
stinctionis. Et est uirgula quæ ponitur in periodo, ac distincti-
onis termino, sub distinctiōe finali sic | Et eius minister sem-
per est Mercha. Excipiuntur quinque loci sacre scripturæ ubi
minister eius est **לא** sic, sub litera, ut **לרתיבם**
Numeri decimo quinto. Ita & de pulmentis dabitur primitias
domino. Quod & reperitur per Cadma & Azla, ut Leuitici
uicesimo secundo. Dicad eos & ad posteros eorum ubi po-
nitur **לרתיבם** Sed non in fine orationis, quod est
Soph pasuk, ut supra.

ע Nunc si quid à cæteris scriptoribus horum accentuum am-
plius recenseretur, facile ad id quod hætenus adduximus re-
ducitur, uel quod uirtute sit his aut nomine par ac cōsonum, uel
quod nihil ad hunc locum attineat, ut est illud **הגעיה** quæ
uocalium uno hiatu collisio est. Vnde nullum admittit regē
nullum ministrum, sed solum retinaculum & productiōis no-
tam. Sic Makeph hoc est quod græci dicunt $\dot{\iota}\phi\omega$ cōtigua sci

licet constructio, quod nec regem patitur, neq̄ ministrū. Sūt
 & aliæ figuræ sibi inuicem consimiles quæ alias alio uocant̄
 nomine. Et quædam ut græci dicunt omonyma sunt ut hīc
פּוֹר Et etiam **וִקָה** quæ se extendunt ad maguū & pa-
 uum. Quædam aut̄ synonyma sunt ut Cadma quod alii dicūt
 Azla. Sed rectius cadma nominant uirgulā supra literā a ma-
 nu dextera ad sinistram. Et Azla uirgulā supra literā a manu
 sinistra ad dexteram surgentē, & hoc more nos utimur. De-
 inde Tarha & Tifha idem sunt. Itē segula & segol. Itē thliffa
 minor & Thalsa. Sic thliffa maior & Tarfa. Itē Pazer gadol
 & lareah ben iomo. Item Tarfiim & Geriffim. Itē lethib &
 Sophar mahapach. Item Pasta & Cadma. Item legarmi & pe-
 fek. Item duplex Cadma & Sne pastin. Item duplex Azla &
 Sne geriffim. Item Munah et Sophar lasar. Itē Mercha & Ma-
 arich. Itē duplex Mercha & thren huttrin. Itē Azla & Eschel.
 Selik & Soph pafuk. In omnibus his binariis & binomi-
 is, semper alteri alter synonymus est. Vnde si recte omnes
 accentus musici diuidantur, inuenies ex uiginti quatuor tum
 antecedentes ministros septem, tum prædominantes Reges
 xvii. Aut iuxta grammaticorū aliorum supputationem septē
 ministros generales q̄ p̄ hæc monumēta **אַרְמֵת גֶּשֶׁם**
 cōmemorant. Et q̄ndecim Reges qui p̄ nomē **יִשְׂרָאֵל**
 memori tenentur reminiscētia, uidelicet ita, Iod **יִטֵּט** Sin
שֶׁסֶס Res **רֵתֵת** Aleph **אֵזֵז** Lamed **לֵפֵת**
 Quod uobis ita exponam. Tres literæ hoc inter se habēt mo-
 do q̄ earum quælibet unius nominis ex accentibus sit initiū
 & litera exordialis. Valent igitur tres primæ literæ tanquam
 capitales hos accentus **יֵתִיב טֵרֵס טֵפֵתָא** Tres

LIBER TERTIVS

literæ secundæ שלשה סגול סליק Tres li

teræ tertiæ רביע הלישא תביר Tres literæ

quartæ אתנחתא וקה זרקא Tres literæ ante

ניוּר פֶּזֶר פֶּשֶׁטָא לְגַרְמִי Vniuersa hæc iuxta He

bræorum doctrinā scripsimus eo modo quo illi in suis libris tam grāmaticis q̄ musicis sparsim de hac materia tractauerunt nisi q̄ nobis per quam difficile fuit exempla inuenire ad oēm præceptionem apta, in quo studiosi omnes uerum me dicere comprobabunt. Audiuimus sane olim Raimundum Mithridaten Romanū, quo tpe Galliarū & Germaniæ uniuersitates gymnasticas plustrauerat, q̄ esset hebraice, græce, arabice ac latine peritus. oēm hebraicorū prosodiā ad similitudinē græcorū reducere conantē, hoc uidelicet modo, q̄ sicut græcorum haberentur τόνοι, ῥόνοι, πνεύματα, ἀσθήματα, ita & quodam modo hebræorum. Nam etiam tonos obseruarent Hebræi suos, id est accentus. Acutum Cadma & Maarich. Grauem Tarha & similiter præcedente Cadma, Sægula, Zarka & Azla. Circumflexum Sophar Isar & Iareah ben iomo. Tēpora uero sic, longum. In principio dictionis Tharfa. In medio Rebia. In fine, super A carnepara, præcedente Iareah ben iomo. Super E pazer gadol, super I passet, aliās autem indifferenter in ultima litera zarka. In antepenultima litera tantum (existente in priori dictione Darga) Thebir, & indifferenter quoque in omnibus locis superne Zakeph gadol. Breue tempus, nihil nisi in ultima Thalfa. Media deinde quantitas siue anceps. In principio Sophar Mahapach, in medio Threnhuttrin, in fine ac quandoque etiam in medio Sal selæth. In ultima & penultima syllaba trochaica Threpastin, & in ultima q̄q̄ syllaba (existente in sequenti dictione Thebir) Darga. De passionibus prosodiæ sic docuit, q̄ sententi

arum suspensiones essent in principio zakeph caton, in medio Athnahtha, in fine Soph pasuk. Item quod hyphē esset Samich, & hypodiasstole pasek. Post autem quod sic docendi & precipiendi finem fecerat ipse Mithridates, iurauerunt discipuli omnes se non intellexisse, quare pacta mercede data & persoluta, tamen praecceptorem quod doctrinam ut Scotinon dogma reliquerunt, ille coaceruata pecunia grandi rediit in Italiam.

Nunc in quibus Harmoniae stadiis atque campis athletae hebraiffando se exercent, & quo more prius lectores sacrae scripturae se aptent, atque cantibus assuescant breui dicendum mihi est, nequid huius studii praetermisisse uidear. Eliguntur inquam e sacris literis orationes peculiare & uerba commoda in quibus Tropi designantur, quos hebraice enumerauimus, & latine appellantur hoc modo. Salsæleth. Segula. Thliffa Gadola. Pazer Caton. Pazer Gadol. Teres. Tarsum. Geris. Iethib. Pasta. Zakeph Caton. Zakeph Gadol. Aethnahtha. Zarka. Legarmi. Rebia. Thebir. Tafha. Selik. Azla. Mercha. Meaiela. Darga. Galgal. Thliffa Catana. Sophar Munah. Sophar Mahapach. Sophar Ilui. Sophar Mecharbel. Ab hac serie ordiuntur omnes operationes quae per canonum nostrorum disciplinam potuistis accipere. Placeat igitur cuique suum, mihi placebunt mea. Ego enim quod inferius locaui, eo utar exemplo, ut discipulorum meorum studiosa iuuetus quotidie unum ex illo uersum tenaci commendet memoriam, tum deinde consideratis quaelibet in syllaba tropis, suum unicuique carminis modulū distribuant, uel pro synagoga cuiuslibet consuetudine, uel pro singulorum quorumque gaudii laetitia hilaritudinis concepto iubilo. Quapropter Idea, spectrum, & exemplar hoc illud erit.

LIBER TERTIVS

זרקא **מקת שופר ישר סגלה**
 ויקבוץ את **חכמים** חלום
שופר ישר פורגדול געיא
 ויאמר להם **צאו**
ירח בו יומו קרצי פרה תלשא
לער יחורח וקבצו
מקת קרמא אולא שופר ישר
מפל ישראל בסת לחוק
מקת שופר ישר רביע שופרמחפר
את בית אלהים מרי
פשיט וקתקטו טרחא שופר ישר
שנה בשנה ואתם תמחרו
אתה מארד טרחא סות פסוק
לכבר ולא מחרו חלום
יתיב וקתקטו הרצא תביר
ני האמצע ישב אלהים

LIBER TERTIVS

שני פשוטיו של שלח קדמא
ממעטיו ויתמהמה ויהזיקה
אולא דרגא תרין חוטרין
האנשים רבא לו יין
סות פסוק מארד אשל שופר ישר
וישת בהחלכו תנחה
רביע שופר ישר אתנה
אותר בשבבר השמור עליה
רביע מארד סות פסוק
והקיצות היא תשיחר
של שלח אשל שופר מהפר
וישחט ויקח משה

¶ Accipiant igitur a me obsecro Studiosi literarum hebrai-
 carum cultores hoc utile donum **Supillustris ADRIANE**,
 nobiliū eruditionū curator excellēissime, iam pridē sub tuo
 nōie per mille qngenta exēpla dispersum, & uel erga solius
 tui reuerentiā propēse moti, oīa mea boni cōsulant, q̄ duce
 q̄ auspice foeliciter hebraicę literaturę peritiā in oēs latinos
 incipiet propagari. Res arbitrato meo cōmoda uel maxime,
 posteritati, nobis aut plurimū honesta, nostrocq; seculo abscq;

uitio ingratiitudinis acceptanda, ut quæ sit à maioribus nostris Romane doctis huc usque non atemptata. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, non quod aliquid aure popularis de tam inusitato nostris hebraicorum exercitio captare optem, ut solent de suis studiis, librorum incendiarii Sophistæ. Sed quod inter doctissimos viros duriores mihi prouinciam & in antiquissimorum uoluminibus laborem triumphalem arrogare sine dedecore liceat, qui iucundo & læto animo inter tot erumnas, tam diuturnas audaculorum impugnationes, & mendaciorum plenissimas diffamationes, tanta nihilominus uigilantia, tam multo algu & æstu amantissimis Hebraicæ ueritatis auditoribus, linguæ sanctæ publicam notitiam præbeo, ut per nos tãdem de sacris literis cognito quid sit in uero, non semper oporteat quibuslibet ignaui gregis disputatoribus fidem habere, quibus ineptissimis oēs nos ineptire iudicamur, cum ipsi sua opinione oīa intelligētes, nihil intelligant. Nusquam uiri boni honorē minuo, procul esto à me. Sed malignos & putres philosophastros optimo iure noto, quod in suū ipsorū exitiū temere captantes capiunt, & ut alter Perillus, ipsi quē fecere taurū cum magno suo malo experiunt. Gaudeamus igitur hilariter, læte, iucunde, ob uirtute partem nobis gloriā, ac illis quibus posteris gratulemur propter tam opportuna sacratissimarū literarū seminaria quæ ADRIANI nostri iacimus auctoritate. Non dubiū quin hæ radices non modo in furculos pullulent, uerū etiā in proceras excreſcāt alnos syluas & lucos, in quibus ut Orpheus ad Ilmarū & Rhodopen in Thracia, sic nos ad iugū Hercyniū atque Bacenas in Sueuia, Pythagoreo more citharā nostrā docemus diuina Hebraeorū carmina resonare, quā symphoniam hic subiungimus. Diatonicū autem modulamen nobis attulit Bossioſthenius sacerdos. Harmoniam fecit Christophorus Sillingus Lucernensis. Reliquā artē & quicquid ceterorū est unus ego Reuchlin & condidi & edidi Anno Christi M. D. XVIII. Mense Februarii. Pro quibus laboribus CANDIDI LECTORES

quotquot futuri estis grati, mercedis loco uiuentem me atque mortuum contra non olim Actæonios, sed nunc Canpnionios Canes illos Calumnienses uiriliter defendite, Felicitereque Valet.